Dulcis est somnus operanti, sive parum
sive multum comedat. Saturitas autem divi
tis non sinit dormire eum. Est et alia in
firmitas pessima, quam vidi sub sole.
Divitiae conservatae in malum domini sui.
Pereunt enim in afflictione pessima. Genera
vit filium qui in summa egestate erit.
Sicut egressus est nudus de utero matris
suae, sic revertetur, et nihil auferet secum de
suo labore. Miserabilis prorsus infirmi
tas. quomodo venit sic revertetur. Quid ergo pro
dest ei quod laboravit in ventum? Cunc
tis diebus vitae suae comedit in tenebris
et in curis multis, et in aerumna atque tristi
tia. Hoc itaque mihi visum est bonum. ut
comedat quis et bibat. et fruatur laetitia
ex labore suo quo laboravit ipse sub
sole. numero dierum vitae suae quos dedit ei deus.
et haec est pars illius. Et omni homini cui dedit
deus divitias atque substantiam. potestatemque e
i tribuit ut comedat ex eis. et fruatur
parte sua. et laetetur de labore suo:
hoc est donum dei. Non enim satis re
cordabitur dierum vitae suae. eo quod deus occu
pet deliciis cor eius.

## VI

Est et aliud malum quod vidi sub sole.
et quidem frequens apud homines. Vir cui de
dit deus divitias et substantiam et honorem.
et nihil deest animae eius ex omnibus quae desi
derat. nec tribuit ei potestatem deus ut
comedat ex eo. sed homo extraneus vora
bit illud. hoc vanitas et magna est
miseria. Si genuerit quispiam centum lib
eros et vixerit multos annos. et plures
dies aetatis habuerit. et anima illius non uta
tur bonis substantiae suae. sepulturaque care
at. de hoc ego pronuntio: quod melior
illo sit abortivus. Frustra enim venit.
et pergit ad tenebras: et oblivione delebitur
nomen eius. Non vidit solem neque cognovit
distantiam boni et mali. et si duobus
bus milibus annis vixerit et non fuerit per
fruitus bonis. nonne ad unum locum
properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius.
sed anima eius non implebitur. Quid habet amp
lius sapiens a stulto? et quid pauper nisi ut
pergat illuc ubi est vita? Melius est vi
dere quod cupias quam desiderare quod nescias.
Sed et hoc vanitas est et praesumptio spiritus.
Qui futurus est iam vocatum est nomen
eius. et scitur quod homo sit. et non possit contra forti
orem se in iudicio contendere. Verba sunt plu
rima. multamque in disputando habentia
vanitatem.

## VII

Quid necesse est homini maiora se quaere
re, cum ignoret quid conducat sibi in vita sua
numero dierum peregrinationis suae et tempore quod
velut umbra praeterit? aut quis ei po
terit indicare quid post eum futurum sub
sole sit? Melius est enim nomen bonum quam
unguenta pretiosa. et dies mortis die
nativitatis. Melius est ire ad domum
luctus quam ad domum convivii. in illa enim
finis cunctorum admonetur hominum. et
vivens cogitat quid futurum sit. Melior
est ira risu. quia per tristitiam vultus cor
rigitur. animus delinquentis. Cor sapienti
um ubi tristitia est. et cor stultorum ubi
laetitia est. Melius est a sapiente corri
pi quam stultorum adulatione decipi. quia sicut
sonitus spinarum ardentium sub olla. sic
risus stulti. sed et hoc vanitas. Calum
pnia conturbat sapientem. et perdet rob
ur cordis illius. Melior est finis oratio
nis quam principium. Melior est patiens
arrogante. Ne sis velox ad irascen
dum: quia ira in sinu stulti requiescit.
Ne dicas. Quid putas causae est quod priora
tempora meliora fuere quam nunc sunt? Stulta
est enim huiuscemodi interrogatio. Utili
or est sapientia cum divitiis. et magis prodest
videntibus solem. Sicut enim protegit sapi
entia, sic protegit pecunia. hoc autem plus
habet eruditio et sapientia. quod vitam tri
buunt possessori suo. Considera opera dei.
quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.

Margin notes: bonis; lu. xii. c. 31; Job. v. [illegible]